N 1878

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0001-0

D6. 2.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0002-6

2

DIEM XVIII IANVARII
DIVINA BENIGNITATE
SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

FRIDERICO,
REGI BORVSSORVM,

MARCHIONI BRANDENBVRGICO, S. ROM. IMPERII ARCHICAMERARIO ET ELECTORI, DVCI MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM, VINEDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE, ET CAMINI, COMITI HOHENZOLLERAE, MARCAE, ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE IN RAVENSTEIN, LAVENBVRG ET BVTOV, CETERA,

REGI ET DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,

REGALIS FASTIGII
AVSPICALEM,
IN
ACADEMIA FRIDERICIANA
SVBIECTISSIME DEMISSISSIMEQVE
CELEBRANDVM
INDICIT

GEORGIVS ERNESTVS STAHL,
MEDICINAE D. ET PROFESS. P. ORDINAR.
ACADEMIAE PRORECTOR.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITERIS CHR. HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0003-2

QVem felicitati BRANDENBVRGICAE, in ſummum adhuc, vt omnibus viſum fuit, euectæ, eminentiſſimum apicem cæleſtis nunc benignitas imponit, tamquam nouum, idque illuſtriſſimum lætitiæ publicæ argumentum, diebus feſtis qui inſtant, religioſe proſequemur. Agnoſcimus enim diuinæ bonitatis huic excelſæ DOMVI cum olim data munera, tum ſæculo, quod exactum eſt, mirifice aucta & multiplicata, quibus quod quaſi cumulus, MAIESTATIS lucidiſſimus ſplendor, accedit, vtique ad ſolemniores Deo gratias agendas, & ad REGIS ac DOMINI noſtri ſalutem eidem diligentius commendandam maximopere obſtrictos nos omnes eſſe peruidemus. Romani noua felicitate aucti vel hoſtibus deuictis nouaque imperio prouincia adiecta, vel ingenti quodam periculo liberati, ſupplicationes Diis immortalibus, vt credebant, ad omnia puluinaria victoris liberatoriſue nomine agendas, decreuerunt, idque per plures plerumque dies, quibus non tantum ſeruatoribus Diis gratias, cæſis maioribus hoſtiis, egerunt, verum etiam ſalutem & incrementum reipublicæ precati, quod reliquum temporis erat, diuerſis ludorum generibus, augendæ lætitiæ cauſſa, transmiſerunt. Quæ ſi ad noſtram Chriſto deuotorum

pie-

pietatem, miſſis profanis ritibus, referemus, exemplo nobis oſtendent, quæ proximis diebus feſtis ſint agendæ deuotionis partes, vt & Deo quod officium eſt faciamus, & ſumme clementisſimo PRINCIPI ac DOMINO noſtro, nunc REGI propitiis fatis, vti dignisſimus eſt, creando, gratulationis ac votorum obſequia præſtemus. Diis ſuis habere grates, Romanis curæ erat: nos æterno Deo, meliora edocti, ſingulares gratias agemus tum aliis omnibus huius ciuitatis templis, tum illo maxime, quod venerandis collegis noſtris Theologis ad ſacra facienda conceſſum eſt, in quem locum ex Collegio perendie hora VIII procedemus, audituri quæ primarius Theologus D. IOACHIMVS IVSTVS BREITHAVPT ex diuinis ſcripturis, ad illum felicisſimum diem & REGIS inunctionem accommodatis, interpretabitur: cui noſtras preces coniungemus, vt fauſtum & felix hoc REGALE ſit AVSPICIVM, Deoque REX cum omnibus SVIS ſit ſemper commendatus. Egreſſi inde ad Collegium reuertemur, vt antequam ſol medium cælum adſcendat, propria Academiæ lingua, hoc eſt Latino ſermone in FRIDERICIANO auditorio etiam ſacris operemur, Deo ſupplicaturi, vt REGI BORVSSIAE, quem ſummo loco

con-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0005-4

conſtituit, fortunam & felicitatem REGIAM tueatur: & pro EIVSDEM ſalute vota publica, certante pietate, gratulabundi ſuſcipiamus. Præibit nobis coniunctiſſimus collega, profeſſor eloquentiæ, CHRISTOPHORVS CELLARIVS, & quod munus ſingulorum eſt, ipſe publico omnium nomine panegyrica oratione perficiet. Poſt meridiem repetentur ſacra, vti in ceteris templis, ita etiam in Academiæ dicato, verba pro concione facturo D. PAVLO ANTONIO, itidem honorando collega noſtro. Quæ poſtero die ſint agenda (nec enim vnus tantam lætitiam capit) alio programmate ſignificabitur. Intelligitis igitur, PROCERES & CIVES Academiæ, & omnes qui PRINCIPI, nunc REGI declarando, deuincti eſtis; intelligitis, inquimus, & apud animum veſtrum æſtimatis, quodnam tam feſto die vnicuique officium ſit publice faciendum. Ergo agite, & peragite in templo, in auditorio quæ ſunt muneris veſtri. Hoc autem primum, hoc ſummum ſit cuiusque officium, pro ſalute REGIS Deo ſupplicare, vt ILLO ſeruato, & publica ſalus, & noſtra ſingulorum conſeruetur. P.P. Halæ XVI Ianuar.

CIↃ IↃ CCI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0006-9

Nf 818. 4°
S

Ur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0008-1

DIEM XVIII IANVARII
DIVINA BENIGNITATE
SERENISSIMO POTENTISSIMOQVE PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

FRIDERICO,

REGI BORVSSORVM,

MARCHIONI BRANDENBVRGICO, S. ROM. IMPERII ARCHICAMERARIO ET ELECTORI, DVCI MAGDEBVRGI, CLIVIAE, IVLIACI, MONTIVM, STETINI, POMERANIAE, CASSVBIORVM, VINEDORVM, ET IN SILESIA CROSNAE, BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI, PRINCIPI HALBERSTADII, MINDAE, ET CAMINI, COMITI HOHENZOLLERAE, MARCAE, ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE IN RAVENSTEIN, LAVENBVRG ET BVTOV,

CETERA,

REGI ET DOMINO NOSTRO LONGE CLEMENTISSIMO,

REGALIS FASTIGII

AVSPICALEM,
IN

ACADEMIA FRIDERICIANA

SVBIECTISSIME DEMISSISSIMEQVE
CELEBRANDVM
INDICIT

GEORGIVS ERNESTVS STAHL,
MEDICINAE D. ET PROFESS. P. ORDINAR.
ACADEMIAE PRORECTOR.

HALAE MAGDEBVRGICAE,
LITERIS CHR. HENCKELII, ACAD. TYPOGR.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-198904-p0009-9